

19

DISSE^tTATI^O MEDICA SOLENNIS
**CRISIUM NATU-
RAM ET EXPLICATIO-
NEM RATIONALEM
SISTENS,**

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIP^E BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBURGICO,
SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI HOFFMANNI,
POTENTISSIMI REGIS BORUSS. CONSILIARII
ARCHIATRI ET PROFESSORIS P. O.
h. t. DECANI,

PATRONI AC PRÆCEPTORIS SVI ÆTERNVM DEVENERANDI
PRO GRADU DOCTORALI

Die Januar. A. MDC CVI.
publico Eruditoram examini submittrit

JOHANNES PETRUS ARTOPOOEUS,
ANCHOR. MOSELL.

HALÆ MAGDEB. Literis Chr. Henckeli, Acad. Typogr.

СИДАИ АЛЕКСАНДР
СТАРОУХОВСКИЙ
МИЛДИОГРАФИЯ
ЗИДУР
СОЛНЦЕВА
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
СИДАИ АЛЕКСАНДР
СТАРОУХОВСКИЙ
МИЛДИОГРАФИЯ
ЗИДУР
СОЛНЦЕВА
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
СИДАИ АЛЕКСАНДР
СТАРОУХОВСКИЙ
МИЛДИОГРАФИЯ
ЗИДУР
СОЛНЦЕВА
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ



DISSERTATIO MEDICA SOLENNIS
**CRISIUM ET DIERUM CRI-
TICORUM NATURAM ET EXPLICATI-
NEM RATIONALEM SISTENS.**

PROOEMIUM.



Enignissimum & sum-
mum Numen duplici potissimum
modo humanis mentibus sese co-
gnoscendum ficit, videlicet ut ad-
mirabilis ordo, & immensus amor.
Ordo conspicitur maxime in toto
systemate atque economia rerum
visibilium corporearum, ubi vel minimi corporis arti-
ficiosissima mechanico-organica structura sapientissi-
mi conditoris artificium sive ordinem luculentissime
prædicat; amor vero ineffabilis in mentibus & spiri-
tualibus creaturis potissimum se præsentat, siue dice-
re apertius liceat, quod sentimus, non pressius Divini
Numinis essentia detegi atque exprimi potest, quam si
Deum definiamus per infinitum ordinem atque amo-
rem: Igitur quicunque Deum imitari gestit, in perse-
sto

eo ordine & amore ut hoc faciat, necesse est, omne
enim quicquid boni nomen meretur in hæc duo sese
resolvit principia. Optandum vero vehementer foret,
ut physici & medici ineffabilem Dei artem atque ordi-
nem, quo suas actiones corpora præsertim animanti-
um instituant, magis quam accidit, inquirerent atq; scruta-
rentur. Inter alia vero clarissimum ordinis & mecha-
nismi testimonium exhibet quod corporis nostri humani
notabiliores effectus, mutationes, actionesque statu ac
certo tempore fiant. Tempus vero solennissimum
est numerus septenarius. Certum est quod hoc numero
corporis nostri formatio, perfectio, conservatio, incre-
mentum decrementum, propagatio & destructio conti-
neantur atq; absolvantur. Illud saltem hoc loco non præ-
terire volumus, quod definito tempore morbus gene-
retur, continuetur, certo quoq; tempore desinat & homi-
nes interficiat. Constantissimæ enim observationis res
est, quod natura in febrium solutione ordinario, ni lacef-
fa & impedita aliunde sit, observare soleat stata ordinata-
que tempora & quidem semifebrium & febrium
diem. Prudentis itaque physici & medici est, ordinem
illum mirabilem, quo Deus in natura agit & permagnos
effectus præstat, cognoscere, inquirere, nullo modo vero
ipsum intercipere atque turbare sed potius imitari, cum
sapientia & ars divina longe præstantior sit omnium huma-
na. Verum enim vero deploranda hodierno tempore
nonnullorum audacia est, qui non modo talia ne-
gligunt, sed plane rejiciunt, nullam aliam ob cau-
sam, quam quod harum rerum rationem capere vel
intelligere nequeant, cum tamen plura existant, &
vera sint, quorum modum & rationem intellectus
hu-

humani imbecillitas asséqui nequit. Omnia anti-quissima est doctrina de diebus criticis infebribus illorumque existentia ac potentia à primo & sapientissimo Medicinæ statore stabilita & experientia per tot secula confirmata. Nihilominus de eorum existentia & effectu dubitare hodierno tempore quidam non erubescunt, adeò ut doctrina de crisiis planè deserita à medicis & conturbata adhuc videatur, nec quid per crisiū intelligent; & quid veri vel falsi de his statuendum amplius sciant. Consilium itaque nostrum est, crisiū existentiam ex antiquitatis venerandæ fontibus stabilire, illarumque naturam & efficaciam à falsis conceptibus & dubitationibus afferere, vindicare, & quantum possibile ex sanioribus principiis earum naturam munire atque explicare. Benignissimum vero numen ex alto huic nostro instituto benedicta!

§. I.

Rimus & qui omnium optime, scitu non minus utilia, quam necessaria de crisiis & diebus criticis eorumque effectu in febribus prodidit est ipse *Hippocrates*, quem plures postea & inter hos ipse Galenus ejusque auctoritate secuti, qui tantum abest, ut hanc doctrinam experimentis ac observationibus auxerint atque locupletaverint, ut potius in nonnullis eam pervertendo detur paverint. Placet itaque ipsum fontem a quo utilia haec in artem medicam promanarunt, ipsum videlicet *Hippocratem* adire, & scientiam de crisiis inde haurire eamque & experientia & ratiociniis stabilire, ubi postmodum facillimum erit superflua, nec non defectus ac erroneos conceptus ac falsas causas circa hanc materiam occurrentes apertius intueri.

Pr-

Primum vero perquam dignum est observatione vocabulum criseos πολήσιμων esse & variè accipi tam à veteribus quam recentioribus, siquidem sumunt hoc sàpissime pro ipsa noxiiorum in corpore excretione, ita Hippocrates lib. de arte corrupti offit excretionem crisiū appellat. Galenus comment. in aph. 13. Sct. 11. crisiū prosecretione humorum noxiōrum facta in febri accipit, nam Hesychio & Sevida autore notante Langio lib. 1. ep̄is. 37. τὸ κρίσιν lequestrare & veluti per cibrum aliquid excernere denotat. Deinceps non raro sumunt pro ipso critico motu & maxima actionum in corpore perturbatione, sive, ut loqui amant, certamine naturae cum morbo, ubi terminus à quo est status morbi, terminus ad quem salus & mors. Galenus Sct. 2. aph. 13. crisiū vocat subitam ac repentinam in febre mutationem ad salutem vel mortem, sive in melius & deterius. Vulgus medicorum sàpenumero crisiū cum die vel tempore critico confundit.

§. II.

Quoniam vero summus Hippocrates primus de diebus criticis & crisiis facit mentionem, non inconsultum erit, hic allegare quo sensu h̄c vocabulo fuerit usus. Testantur vero ejus præclara monumenta, criseos vocabulum ab ipso sumtum communiter fuisse, de judicio medici quod format & formare debet ex morbi circumstantiis & subiecti natura de morbi eventu sive fausto sive infasto, unde crisiū exsurgit bona vel mala, fida vel infida. Et lib. de affection. §. 8. ita loquitur: judicare in morbis est, cum morbi augescunt aut minuantur aut in alium morbum transeunt aut desinant. De hinc familiarissime hoc vocabulo denotat morbi solutionem hinc clare lib. de præcept. Sct. 12. tom. 3. scribit: Κρίσις εστιν ἀπόλυτη νόσος, crisiū est morbi exsolution. Et passim in scriptis Hippocraticis h̄c formulæ legenti occurunt, hic morbus vel hic æger die 7ma vel 14ta perfecte judicatus est, i.e. morbus solitus & æger sanatus.

§. III.

Ut autem nobis formare possumus verum & evidentem de
erisi morborum acutorum conceptum, res poscit, ut omnia ge-
nuina requisita ad crisi morbi faciendam recenseamus.
Primo itaque crisi tantum locum habet & dicitur de morbis
acutis & speciatim febribus continuis, λύσις enim competit
magis chronicis affectionibus. Secundō crisi instituenda est
tantum certis morbi diebus, inter quos solennes sunt septimi
& semi septimi à morbi initio, reliqui dies parum vel nihil ad
crisi faciunt. Tertio judicat medicus hisce diebus de tran-
stiu morbi ad salutem, mortem vel alium morbum. Quarto
Medicus instituit crisi decretoriis criticis diebus ex certis si-
gnis, inter quae non modo urina & excretiones, sed & ipse
pulsus & vires ægri attendi debent. Hæc mea sententia ab-
solvunt legitimū de crisi medica in morbis acutis conceptum
& quid prudens antiquitas per hanc intellectam velit, desi-
gnant. Quantā itaque utilitate hæc elegantissima doctrina seſe
in praxi commendet, facile colligere est, quid enim eximiūs?
quam quod natura providentissima sic dirigente statim ac certi
dies a Medico observandi fint, in quibus præcipue refleſtere
ad præfentia præterita & futura, & ex hisce judicium instituere
de morbo debeat ac possit.

§. IV.

Primum vero ex Hippocratis, quæ nobis reliquit, scriptis
perspicua loca adducemus, quæ clare demonstrabunt qui-
bus diebus crises in febribus fiant. Primus estor, qui exstat
de diebus judicatoriis §. 9. Judicantur febres quarta die, septi-
ma, undecima, decima quarta, decima septima, vigesima
prima. Ex his autem acutis quedam etiam trigesima: de-
inde quadragesima, postea sexagesima. In lib. aphorism.
Sect. II. apb. 23. & 24. hæc habet: Acuti morbi in quatuorde-
cim diebus judicantur. Septimæ quarta index est. Alterius
hebdomadæ octava principium est. Consideranda ve-
ro undecima est. Hæc enim quarta est secundæ hebdo-
madæ.

madæ. Consideranda rursus decima septima. Ipsa enim est quarta quidem à decima quarta, septima vero ab undecima. Idem Autor *lib. de prænot.* §. 20. hæc notabilia profert: Placidissimæ febres & signis securissimis nitentes, quanto die desinunt aut prius. Malignissimæ vero, & signis horrendissimis oborientes, quarto die aut prius occidunt. Primus igitur ipsarum insultus sic definit. Secundus autem ad septimum producitur. Tertius ad undecimum. Quartus ad decimum quartum. Quintus ad decimum septimum. Sextus ad vigesimum. In lib. III. de præfig. 7. & 8. Morbos advertere à prima die oportet, atque singulos dierum quaterniones obervare: sic enim haud obscure scies, quo se conversurus sit morbus. Febres ardentes epidemicæ judicabantur bono ordine in septem ac decem diebus. It. lib. de septimestr. partu §. 6. hæc affert: Dies maxime insigne in plurimis sunt primi & septimi, multum potentes in morbis & multum in foetibus, nam plurimi abortus in his diebus fiunt & §. 8. hæc habet: Medicum qui ægrotorum salutem teste conjectare velit, animadvertere quidem oportet & contemplari omnes dies, ex paribus vero decimum quartum & vigesimum octavum & quadragesimum secundum, hic enim terminus ponitur. Contemplari autem oportet per ternarios ac quaternarios.

§. V.

Sententia itaque Hippocratis est, ut ex superioribus adductis locis clarum sit, acutas & continuas febres solvi & terminari debere septenis diebus, si solutio horum morborum salutaris sit. Fit vero solutio per evacuationes aut per sudorem, aut per alvum, urinam, sanguinem, sputum sufficietes & quidem criticis dictis diebus, hinc etiam vocari solent criticæ excretiones. Si aliis diebus excretiones tales contingunt, ha minus salutares, sed symptomaticæ esse solent. Egregia funt, quæ circa hanc rem in medium adfert Hippocrates. Notabilis est maxime locus §. 37. *Sed. IV.* Sudores febri-

ci-

citanti si inceperint, boni sunt tertia die, & quinta & septima, & nona & undecima & decima quarta, & decima septime & vigesima prima, & vigesima septima & trigesima prima, & trigesima quarta. Hi enim sudores morbos judicant. Qui vero non sic fiunt, dolorem significant, iudicitudinem morbi, & recidivas. Consentit etiam in *hanc rem Galenus de diebus judicat*: Qui sudores manant diebus indicantibus non criticis, laborem significant & diuturnitatem morbi, nam judicatoria non judicantia, aut sunt funesta, aut certe sinistri judicii. Idem in eodem libro scribit in duodecimo & decimo sexto die nullum judicatum vidit, in sexto judicantur ægri cum difficilibus symptomatibus & periculo non mediocri, imperfecte & obscure, i. e. excretiones sunt tum temporis periculosæ. Illum vero Hippocrates sudorem maxime judicat salutarem, qui febrem in diebus judicatoriis solvit, uti scribit in *lib. de Coac.* §. 4. & cum malum, qui cum febre in acuto morbo consistit. Hisce etiam consentit *aphorisma 65. Sect. VI.* Febricitanti sudor oboriens febre non remittente, malum, moram enim trahit morbus & multam humiditatem significat.

§. VI.

Designant vero futuram salutarem crisi & morbi solutionem critico die secundum observationem *Hippocratis*, urinæ probè coctæ, i. e. que non tenues, non albæ, nec copiose fluunt, sed saturatæ sunt, consistentiam habent, & sedimentum deponunt; Notabilis est hac de re locus in *Hipp. lib. 1. epidem. Sect. II. p. 661. §. 54.* Cruda & incocta, & in malos abscessus conversa in febribus, aut judicationis sublationem, aut dolores, aut diuturnitatem aut mortem, aut eorundem recidivas significant. It. *Sect. IV. apb. 71.* Quibus septima die morbi judicantur, his nubeculam habet urina, quarta die rubram, & alia secundum rationem. It. *apb. 72.* Quibus urinæ pellucidæ, albæ, malæ, maxime autem inphreniticis apparent. De signis bonæ criseos ex urinæ me-

morabilia etiam notavit in Coac. §. 5. In principio urina in febre albam habens, & lœvem subsidentiam firmatam celerem dimissionem significat. Subrubra & subsidentiam subrubram habens & lœvem, si ante septimum diem prodeat, septimo die liberat; post septimum vero tardius, aut omnino post tempus aliquod diurnius. Et quæ in quarto die nubeculam subrubram habet, septimo liberat, si reliqua juxta rationem habeant. Cæterum tenuis & biliosa, & vix tenuem & exiguum subsidentiam habens, & quæ ad melius ac deterius mutatur, diurna est. Hæc autem diutius consequens, aut temporis diurnitate circa iudicationem trahente, periculo non vacat. Aquosa vero & alba perpetuo in diuturnis morbis difficulter judicat & secura non est. Lib. III. epid. Sect. II. Æger quartus secundo die furdus, cum urinis albis, tenuibus, & pellucidis circa meridiem deliravit, quinto die mortuus est. Æger quartus Sect. III. lib. III. Epid. cum urinis tenuibus & albis, quarto die moritur phreniticus.

§. VII.

Fit etiam solutio febrium quandoque per sanguinis eruptiones, vel etiam per aluinam excretionem critico die; locus exitius est apud Hippocratem lib. I. Epidem. §. 15. In febris ardenter populariter grassantibus, quibus bene ac large sanguis per nares erupit, per hoc maxime servabantur, & nullum novi, qui in hac constitutione mortuus esset, si recte sanguis profluxisset, in Philisco enim & Eparinone ac Sileno quarta ac quinta die parum de naribus stillavit, & moriebantur. Sanguis autem plurimis erupit, maxime adolescentibus & in vigore constitutis: & talium plerique perierunt, quibus sanguis non erupit. Senioribus vero ad morbum regium res devenit, aut alvi ipsis turbata sunt, aut dysenterici facti sunt.

§. VIII.

Pectoris acuti affectus, uti est peripneumonia cum febre,

bre, per sudorem & que ac sputum, vires suas demittunt. Gravissimus *Autor noster lib. de diebus judicæ.* §. 8. de febre pleuritica hæc habet: Judicatur morbus septima die, longissimus decima quarta. De peripnevmonia vero ibidem scribit: Symptomata patitur æger minimum diebus quatuordecim ad summum viginti uno, & tussit hoc tempore vehementer; & una cum tussi purgatur: primum quidem saliva multa ac spumosa. Septima vero ac octava die, ubi febris in vigore fuerit & humida sit peripnevmonia, crassior, sin minus, non. Nona vero & decima cum virore pallida ac subcruenta. Duodecima autem usque ad decimam quartam, multa & purulenta. Atque hoc in his contingit, quorum naturæ & corporis affectiones humidæ sunt, & morbus fortis est. Quorum vero & natura & morbi constitutio sicca est, in his minus.

§. IX.

Consideravimus haec tenus febrium solutionem, quæ sit diebus criticis beneficio variarum excretionum, jam res & ordo quoque postulat, ut de imperfectis crisisib⁹ & solutionibus, quæ fiunt per abscessiones sive, ut *Hippocratico* vocabulo utamur, apostasæ & decubitus in aliis cum primis in extremis partibus quædam dicamus. Inter abscessus hos merito numeranda sunt erysipelata, bubones, arthritici dolores & tumores, maculæ, pustulæ, ulcuscula boni & mali moris, purpura, variolæ & hujus generis plura exanthemata; hæc ipsa fecernit etiam natura statis diebus & saepe magno cum emolumento, nempe cum febris & symptomatum mitigatione, utut non sufficiente & plenaria. Quod attinet ad erysipelas, notum est, quod hoc ipsum invadat vehementer febre, quæ tumore apparente in cute postea solvit; & quod *Hippocrates* ipsum erysipelas inter abscessus judicatorios referat ex lib. II. epid. Sect. III. §. 59. apparet, dum ait: Quæcumque sine signo judicationis judicatorio disparent, male judicatae sunt, velut erysipelas ancillæ Polymar-

marchæ. Deinceps criticis febrium solutionibꝫ etiam artuum, genuum ac coxendicum dolores ac tumores subjungit de iudicationibus p. 446. & Coac. i. p. 534. Ita lib. III. Epid. Sec. I. ægrotus tertius die vigesimo coxa dextræ dolore, non quidem penitus perfecte judicabatur. Denique inter abscessus sive quæ sub cutem abscedunt, recenset tubercula & putrescentia & quæ suppurantur, pustulas quoque uti videre est, ex loco qui extat lib. II. epid. §. 45. p. 697. Nullum dubium quod hic etiam subinelligantur morbilli, variole; Inter abscessus merito quoque referenda sunt tubercula sive tumores circa aures, in quos tandem febres resolvuntur. Confirmatur hoc à nostro Autore qui Sec. I. lib. I. epid. §. 10. inquit: Tubercula circa aurem alteram multis erant, plurimis ex utrisque citra febrem erestate obambulantibus, quibusdam vero etiam parum incalceabant. Fiebant autem hæc adolescentibus, juvenibus in vigore constitutis, & ex his plurimis, qui circa palæstram exercebantur. Notabilissimus vero locus est de his, in qua febris abscedit in lib. de vita acut. §. 35. dum loquitur de febris ardentis certo genere & addit: Si non sanguis ex naribus fluxerit, aut abscessus circa collum fiat, aut crurum dolor & sputa crassa spuerit, aut coxae dolor aut pudendi livor, non judicatur: & testis intensus judicatorum signum est. Nec minus carbunculus pestilentialis inter abscessus meretur recenseri; qua de re legi meretur lib. VII. epid. §. 55.

§. X.

Desumimus haec tenus doctrinam & historiam de crisi- bus & diebus criticis ex ipso Hippocrate, qui primus eam nobis detexit ac revelavit, hunc presso pede fecutus est Gæ- lenus fidelissimus Hippocratis imitator, qui ferme in omnibus hanc doctrinam confirmat & dierum decretiorum præfertim septimi naturam ac potentiam salutarem mirifice extollit, sextum vero infidum & suspectum semper habet, & hunc tyranno, illum regi assimilat, quoniam ille

ille levat, hic semper discriminem assert & cum difficultissimis symptomatibus & imperfecte & sinistre judicat, de qua re legatur lib. i. de diebus decretoriis. Illud vero singulare habet Galenus quod nonum diem etiam inter criticos salutares referat, unde loco citato proponit se conspexisse per experientiam æstate quadam plures quam trecentos homines acute ægrotantes universos vel septimo vel nono die crisis habuisse. Porro notabile est quod scribat, se neminem vidisse perire, qui præcedentibus coctionibus crisis habuerit, vid. lib. III. de crisiis cap. 3. & quod nunquam crisis sit, nisi magna perturbatio præcedat & subito ac vehementissime natura à morbo irritetur, unde semper in statu eam fieri pronuntiat, semperque præcedentem diem & noctem graviorē esse dicit, & nullum à morbo liberari, nisi ubi aliquas evacuatio effatu digna, aut abscessus aliquis contigerit, hinc crisis nominavit, quando morbus per excretionem vel abscessum finitur. Coeterum ipse Galenus lib. de diebus decretoriis, principes criticos vocat septimum, decimum quartum & vigesimum primum, in quibus plures sanari, quam mori declarat. Secundum dierum criticorum ordinem vocat contemplabiles indices internuncios, quod in hisce criseos futuræ in septimo die signa eluceant, si nempe fuerint cocta excrements & sunt hi dies semi septimi i.e. dies inter septimam & tertium, reliquos dies inter indices & vere criticos dixit intercalares vel etiam provocatorios, quod naturam proritent ad excernendum, ejusmodi sunt in prima septimanâ 3. 5; reliqui dicuntur vacui, quia nee decernunt, nec indicant, nec provocant. Medicinales vero, quia illis diebus ægris mederi, iisque cathartica citra periculum exhibere potest Medicus. Hoc apertissimis verbis expressit Divinus Senex lib. IV. de morbis. Quicunque, inquit, febre continua correpti cathartico diebus paribus usi sunt, hi nimium purgati sunt nunquam: At qui diebus imparibus cathartico sunt usi, nimium sunt purgati & multi perierunt. Dies hos quidam

dam criticos artificiales vocant, quod arte medica morbos judicent i.e. solvant. vid. Laurent. p. 110. de crisiibus.

§. XI.

Postquam itaque tam ex Hippocratis quam Galeni præclaris monumentis ea quæ tradiderunt de morborum acutorum crisiibus & diebus criticis utilia & necessaria delibavimus antequam de iis nostrum judicium interponamus, & eorum quæ convenienter veritati & experientiæ rationes aptas reddamus, utile erit, ut eos autores & illorum argumenta, qui in dubium vocarunt hanc doctrinam, producamus atque consideremus. Ex veteribus primus fuit *Asclepiades* hic teste *Caelio Aureliano lib. I. cap. 14. p. 37.* statuit, non esse in passionibus statos dies, quos crisiros appellant, etenim non certo, aut legitimo tempore ægritudines solvi. Huic vetustissimo auctori assentitur etiam Medicorum *Cicero Celsus, qui lib. III. cap. 4.* diserte scribit: Est de diebus dubitatio, quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque tanquam dum de ægris judicaretur, *υρτιες*, nominabant. Id *Asclepiades* jure ut vanum repudiavit, neque in ullo die, quin par imparve esset, his vel majus vel minus periculum esse dixit; interdum enim peiores dies pares sunt. Nonnunquam etiam in ipso morbo dierum ratio mutatur fiuntque graviores, qui remissiores esse consueverunt; verum in his quidem antiquos tunc celebres admodum, Pythagorici numeri fefellerunt; dum hic quicunque Medicus non numerare dies debeat, sed ipsas accessiones intueri. Inter recentiores eminet *Helmontius* qui lib. *de tempore p. 109. §. 13.* crises in praxi perstringit sedulo, inquiens: Notavi quod nusquam sit crisis, ubi Medicus artis sue gnarus morbum ante crisis expectationem sustulit. Etenim ut natura ordinariis gaudet motibus, iisque assueta est & unitate virtutis motricis gubernatur lubens: ita quando totum morbi negotium suis incumbit tantum humeris, statas ipsa ciet crises, quas alioquin medæ anticipat bonitas pravitasque retardat vel perdit. Sic nempe dies crises decimus quartus in quadragesi-

gesimum protelata est. Boni ergo & fidelis Medici est negligere crises; præstaretque ægros medente earuisse, quotquot per crisin evadunt, multo magis, quorum crisia tardior est. *Idem de febribus cap. II. §. 8.* Verus ergo Medicus ante crisin morbum superare debet, si secus egerit, medicæ artis auxilio nihil penitus adscribi poterit. Si enim crisis, infert *Cl. D. Langius in Miscell. quest. 4.* in morborum curationibus expectanda, medicina profecto supervacaneum seu inutile, magisterium erit, quia totum medendi negotium naturæ quasi unice, non vero arti, nec ejus profecto hac ratione committitur. Eiusdem sententia est *Eaber*, qui *panchymag. tom. 3.* Medico incumbere docet, ut morbo ante crisin, & sine crisi medeatur. Accedit huic *Comes de Flisco*, qui in lib. de Fato aperte profitetur, in praxi numerum hunc dierum non semper observari, & sæpius aliis etiam diebus crises fieri.

§. XII.

Sunt præterea alii, qui non in dubium vocant existentiam & usum dierum criticorum, quomodo describuntur ab ipso Coo; sed observationem hanc in Græcia saltem, in nostris regionibus locum non invenire existimant. Ita *Cl. Waldschmid in fundam. medic: p. 113. de criti* dicit: Notandum venit nos non admodum curiosos esse debere in rimandis causis criticarum mutationum, cum in nostris regionibus, & hoc nostro tempore tales crises non amplius sian, hinc etiam predilectiones nostra in morbis acutis non adeo certa sunt, nec indubitate fidei, prout apud Hippocratem inveniuntur, ubi alia phænomena nobis raro vel nunquam conspicienda apparuere. Et *Eichstäd. pad. aßron. Sccl. m. p. 372.* In nostræ Germanie regionibus & præsertim sub nostro polo & in solo nostro rarius crises perfette ad salutem eveniunt. It. Holleriūs in aphor. *Hippocr. in frigidis & borealibus regionibus rarissime expectantur critica exæcta evacuationes.* Causam quod spectat, cur in nostro climate tam raro obseruentur exquisitæ crises diebus criticis evenientes, nonnulli rejiciunt in ipsam regionum temperiem, vid. *Wed. Dissert. de dieb. criticis.* Neque ab hac

hac sententia dissentire videtur *Bagliivius p. 140. in prax. medic.*
 qui fatetur in Græcia perfecte succedere crises in acutis
 morbis, non vero ita in nostris septentrionalibus regionibus.
 Id quod adscribendum putat aëris puritati & tenuitati illius
 regionis & adjacentis orientis valde elastici cum noster aëris
 queis & craftis impuritatibus foedatus humores quoque cor-
 poris magis impuros nunquam non faciat ut ad debitum
 crises sive despumationis officium nunquam possint per-
 venire.

§. XIII.

Restat jam ut causas effectuum mirabilium dierum cri-
 ticorum in acutis secundum veterum maxime sententi-
 am & mentem adducamus. Plurimi vero in eo conve-
 niunt, motuum criticorum causam efficientem non aliam
 esse, quam naturam corporis, animam sive principium
 motuum in corpore nostro, quod regit & gubernat totam
 machinam, quod tollit morbos, quod ut lib. VI. epid. Sec. V.
 exstat, à nemine informatum est, nec quicquam didi-
 cit, ea tamen qua decet, quæ fieri & ubi fieri debent, effi-
 cit, quod cum morbo committitur, nec extrellum certamen
 detrefat, magno impetu insurgens noxiū a bonis secernit
 per debitas vias debito & convenienti tempore, bonum &
 necessarium in finem, & tales efficit commotiones & tali
 proportione ac gradu, qui præsenti materiae morbificæ
 quadrat, idque ex se & sua natura libere, non coacte ex cau-
 sis externis necessariis ceu res incorporea quæ à rebus cor-
 poreis nec affici nec alterari potest. Adjiciunt nonnulli ceu
 causam remotiorem naturam adjuvantem, astralem influxum
 præcipue lunæ, prout nempe aspicit planetas salutares vel in-
 faustos, & signa Zodiaci transgreditur.

§. XIV.

Postquam igitur ex veterum monumentis pla-
 citis crisiū & criticorum dierum historiam & varias de
 eorum effectibus sententias deduximus, sequitur jam, ut no-
 stram

stram, quid veri vel falsi in hac doctrina subsit, exponamus & an dies critici & quare tam eximium usum ut veteres voluerunt in praxi medica habeant doceamus. Quoniam vero ad veritatem in rebus physicis & medicis indagandam semper eminet experientia, qua omnis veritatis, qua in facto consistit & ratiocinationis medicea primum fulcrum ac fundamentum est, quare etiam in hac materia ea primum nobis consulenda est. Qua de causa quae nos attente observavimus, omni exuto præjudicio autoritatis, circa solutionem febrium, præsentim certis ac statis diebus candide proponenda statuimus. Primo experientia indubitate certum est, ephemeras febres viginti quatuor horis, synocham quarto vel septimo die cedere plerumque per sudorem vel hæmorrhagiam. Pleuritis seu peripneumonia levior & mitior fit circa diem quartum, per tussim ejecta materia cruenta, circa septimum plerumque solvitur sudore & expectoratione liberiori, gravior vero extenditur interdum ad decimum quartum diem, si ulterius procedit, in empyma mutatur. Ventriculi erysipelas, quod febre indicatur leipyria, vacuatione per superiora seu inferiora, sudore quoque vel quarto vel septimo dimitit. Febris inflammatoria hepatis septimo, undecimo vel decimo quarto die ex-solvitur partim sudore, partim etiam per alvi proluviem, si pars nempe concava hepatis fuerit inflammata. Coniunguntur inflammationibus internis viscera narium stillicidia quandoque salubria sed rarius vel plane non perfecte solventia morbum. Tertianæ simplices septenis circuitibus sponte sua særissime recessunt. v. lib. de judic. §. 4. Ardentes febres biliosæ solvuntur plerumque septimo aut decimo quarto die sudore & alvo liberiori. v. Hipp. l. c. d. judicat. §. 4. Pectiales septimo, undecimo, decimo quarto, nonnunquam etiam licet rarius vigesimo primo demum virulentiam suam exsunt. Pestis quarto, septimo vel undecimo die si ser-vatur æger, truculentiam suam relinquit, & uno verbo:

C

ple-

pleræque febres continuae septimo undecimo decimo quarto die ordinarie finiuntur. Videri potest hac de re DD. *Præfes in dissertatione de diarrhoea in feb. acut.* ubi dicit: Sæpius febres malignæ, imo pestilentiales plus alvina excretione, quam sudore salutariter finiuntur, quæ obseruatio etiam est *Galen lib. de atrabile cap. 4.* It. *Gerhardi Columba in lib. de febr. pestil.* qui mirifice commendat excretionis alvinae effectus in solutione harum febrium, ubi scribit p. 231. quod in illa constitutione pestilenti fere omnes, quibus alvus copiose ejecit, licet cum signis cruditatis fuerit, tandem libertos fuisse. Procedente enim, pergit, alvi fluore indies conditionis signa superveniebant, morbus evadebat clementior, & tandem alvi fluore perseverante, fideliter & integre ægri judicabantur.

§. XV.

Quod attinet ad febres & commotiones febriles, quæ quidem non penitus solvuntur, sed tamen mitiores sunt, apostasi seu decubitu facta noxiæ materia in partibus corporis, hæ temporis ratione sic se habent. Erysipelas cum febre vehementissima invadit, sed die semiseptimo, i. e. inter tertium & quartum diem propulsâ materia ad ambitum corporis plane quiescit. Variolæ morbilli adoruntur corpora cum vehementibus symptomatibus intensaque febre, hæc vero die semiseptimo, propulsata caustica acri materia ad corporis corticem, mitior non modo fit, sed conquefcere etiam solent simul acerbissima symptomata. Febres purpuratae, relegato acri perniciose humore ad ambitum corporis, circa quartum diem omnem acerbitudinem symptomatum deponunt. Carbunculus & bubo pestilentialis die quarto vel septimo meliorem reddit morbum, si non lethalis est. Petechiae quarto vel septimo die cum levamento quodam semper prodeunt. Arthritica febres, si vehementes sunt, mox mitescunt propulsato ad artus acri caustico humore. Febres biliosæ die septimo vel nono, vel undeci-

ma

mo vel decimo quarto ictero superveniente ad apyrexiam per-
veniunt, hinc recte Hipp. de judic. §. 10. Desinente febre ardente
si accedat morbus regius, non solet amplius exfudare, neque
usquam alibi abscessum facere, sed sanus fit. Bona etiam &
salutaris apostasis est tumor in meatu auditorio & ex eo pro-
veniens surditas, que in Hungarica febre & acutis cum ce-
phalalgia & delirio junctis, si die critico supervenit & con-
stans est, plerumque faustissimum convalescentia signum
præbet, id quod jam olim suo tempore etiam notavit Hippocrate.
in Sect. II. apb. 60. Ratio hujus peculiaris observationis in-
promptu est, naturæ enim robustæ indicium est, quando
ad partes extremas ignobiliores & emundatoria, quale his
sunt glandulæ meatus auditorii, propellit humorem, sine
dubio viscidum sulphureum. Unde clare intelligi poterit
in lib. de judic. §. 11. propositione Hippocratis: Quibus in febribus
aures obsurderunt, his non soluta febre insaniire necesse
est. Solvit autem sanguis è naribus erumpens, aut alvus
bilioſa egerens, aut dyfenteria arrodens, aut coxarum aut
genuum dolor.

§. XVI.

Tandem nec hoc præterire possumus, quod in no-
stris regionibus valde familiares in febribus acutis sint, me-
taſtasæ ubi natura imbecillior facta non sanguinem vel hu-
morem peccantem è corpore foras expellit, sed ad partes in-
ternas sub temporibus criticis & extra ea amandat; sunt vero
haec metastases ferme omnes exitiosæ, nam ex stagnatione, que
exitiosorum symptomatum & præcipue lethaliatis fons ac
causa existit, nascuntur, fiuntque sic phrenitides, convul-
fiones, tendinum subsultationes, sopores & syderationes,
qua à sanguine copioso in vasis cerebri stagnante originem
suam pertunt; in pectore etiam inflammations & suffoca-
tiones à congesto ibi sanguine finem vitæ faciunt; simili-
modo in faucibus, oesophago ejusque orificio à stasi san-
guinis ortæ inflammations anginosæ, aphthæ cum oris ar-
C 2 do-

dore, & siti inexplibili, difficultas deglutiendi, plerumque lethum prænunciant. *Hipp. Sæt. IV. apb. 50.* in febre continua difficultatem spirandi cum delirio lethale signum æstimat. It. *apb. 52.* in voluntariam lachrymarum emissionem, difficilem quoque deglutitionem in dictis febribus, lethalem febris notam perhibet. Nam hæc indicant jam stagnantem & extra circulum constitutum in dictis locis sanguinem.

§. XVII.

Denique circa solutionem febrium ipsa assentiente vera & firma experientia salutarem sequentia observationem merentur: *I.* In cuiusvis febris salutari dipissione & solutione circa diem criticum vel in ipso vacuatio notabilis sive per sudorem sive per alvum semper fere contingit, eaque fatis liberalis, ut quandoque per aliquot dies duret, & praesente hac, imo sub hac & post illam pulsus fieri solet sedatior, vires crescunt, animus vigorem acquirit, erectior fit, somnus quietus evadit, calor deserit membra, & notabilis mutatio in melius omnium actionum visitur. *II.* Quandocunque largæ evacuationes vel extra dies criticos, vel in illis contingunt, vehementia vero morbi & symptomatum non decrescit, sed potius in eodem statu permanet vel increscit tunc pessimum indicium est. *III.* observatio constans & frequens est: sicuti fausta solutio morbi & symptomatum hæc est, quæ fit diebus criticis cum levatione & evacuatione: ita omnes evacuationes, quæ non instituuntur hisce temporibus, utut primum levare corpus videantur, non sunt tutæ sed suspectæ; unde *Hipp. Sæt. V Lib. n. epid.* perpetuo ea damnat, quæ levant diebus non criticis. *IV.* Observatur, si variolæ, morbilli, petechiae, purpuraceæ maculæ mox primo vel secundo die insultus prorumpunt, eas esse pessimæ notæ. *V.* Urinæ copiosæ, tenues, nullo febris continuæ tempore salutares observantur. *VI.* Ante exanthematum propulsionem, & sic dictas abscessiones à par-

partibus interioribus ad exteriora, contingere fere semper solet major vehementia & exacerbatio symptomatum motuumque turbatio, unde verissimus canon *Hippocr. aph. 13. S. n.* quod ante crisi nox praecedens gravior, post eam vero quietior sit. Hoc ipsum vero non perpetuo verum est de perfecta & plenaria febris solutione. Hinc, morbi solutionem non posse fieri sine praecedente exacerbatione morbi & symptomatum & naturæ perturbatione majori, non constans regula est. *VI.* Quanquam in febre continua acuta nunquam plenaria intermissione symptomatum sit, locum tamen habet quædam remissio, quam postea sequitur nova exacerbatio & incrementum symptomatum, hanc praecedere solet saepius horripilatio cum rigore quodam, & sub hactam apostales quam metastases metuendæ sunt. *VII.* In genere, hic tenendum est, quod principium numeracionis in computatione dierum criticorum semper sit faciendum non à laßitudine, de cubitu, vel mala dispositione ægri, sed à motu febrii, qui observatur ex horrore, pulsus mutatione, dum nempe incipit frequens fieri, qui celeritatem singulorum pulsuum, quæ febrium pathognomicum signum constituit, manifestat, uti hoc ipsum fuse & accurate ostensum est ab D. D. Præside in dissert. de puls. theoria & praxi, it. de salubritate febrium. *VIII.* Quamvis quaternarius & septenarius dierum semper majoris considerationis sint, quam reliqui, nihilominus tamen non semper correspondet in hisce locis observatio Hippocratis & Galeni, quod v. g. quartus indicet septimum, undecimus decimum quartum, sed quandoque signa coctionis in urina non semper in hisce, sed in aliis demum fiunt atque visuntur; potius in omnibus diebus contemplari ægri statum, vires atque excretiones oportet. *IX.* Febres ardentes biliosæ, item inflammatoriae cum vehementia symptomatum stipatae, præsertim in subjectis sensibilioribus, crises justo tempore habent semper perfectiores quam malignæ putridæ in subjectis impuris cacy-

chymicis debilibus ortis, quarum intra 14. dies terminus quidem est: sed non tam accurata tempora & dies criticos servant

§. XVIII.

Verum non tantum diebus criticis morbi solvuntur, sed in hisce exacerbantur saepius & pereunt saepissime aegrotantes, unius est observatio & septimo undecimo & decimo quarto die in flammatoriis febribus, variolis, petechiis aliisque epidemiacis acutis multos perire. Nihilominus tamen plures nono quam septimo die moriuntur, plures imparibus diebus, quam paribus. Prænunciant mortem copiose evacuationes per sudorem, urinæ tenues & copiosæ cum pulsu parvo, debili, frequenti, deliriis. Notavimus, subiecta, quo calidiora & sensibiliora sunt, quo calidius clima, quo morbi vis vehe-mentior, eo citius solvi morbum vel in melius vel in pejus; cardius vero procedere crises in subiectis languidioribus, phlegmaticis, in frigidis, & paludosis regionibus sub minori morbi vehementia vietu pleno crasso & carneo; in tali statu etiam recidivæ familiariores & transitus facilior est in alios morbos.

§. XIX.

Notabile porro, quod, uti bene monet *Hippocr. lib. n. epid. §. 20.* in quietis & constantibus temporibus & annis tempestiva præbentibus boni status & iudicatu facillimos morbos fieri, in inconstantibus vero inconstantes & qui difficerunt judicantur. Hec ita intelligenda sunt, quando anni tempora naturalem suam constitutionem ac temperiem bene servant, & tempestates non extraordinariæ, & præter naturales contingunt, tunc & vegetabilia & animantium corpora bene disposita sunt, sique morbi in talismodi temporibus contingunt, ordinariam suam indolem morem ac genium servant, unde etiam consuetis symptomatibus stipantur & legitime percurrunt sua tempora & solennibus criticis diebus solvuntur; si vero anni tempora a naturali sua indole deservant

Etunt & plane contrariam ac alienam assumunt, unumque in
 alium transmutatur, æstas autumno similis, hyems te-
 pida, ver æstatis naturam referens, cœlumque diu ne-
 bulosum ac humidum, ventis desitutum permanet, tunc &
 irregularem & plane ordinariam crasim & texturam animanti-
 um fluores accipiunt, inde pejores infusis symptomatibus
 stipati nascuntur morbi, qui difficillime judicantur, quoni-
 am secundum ordinariam naturæ legem & cursum non pro-
 cedunt. Ratio est in promptu; aer enim ipsius *Hippocratis* ef-
 fato est dominus & autor maximus eorum quæ in corpore
 nostro sunt, is elasticitate sua robur & tonum non modo so-
 lidis, sed & spirituascentiam & expansivam vim fluidis partibus
 elargitur, unde sanguinis & humorum circulum & ab eo ne-
 cessarias & integrataem corporis conservantes excretiones
 dispensat ac moderatur. Neque dubitari potest, in regionibus
 calidioribus inque aëre tenuiori & subtilliōri humores esse flu-
 xiliores & mobiliores, corpora ad transpiratum magis apta-
 hinc crises & criticas acutorum solutiones plus in iis observa-
 ri, quam in regionibus humidioribus, & ubi aer elatere desti-
 tutus non limpidus sed peregrinæ indolis effluviis imbutus. Ita
 enim non modo retardatur crisis, nec ita sensibiliter fit, sed
 & ordinarii naturæ motus certis temporibus adstriciti multum
 turbantur, unde non sine ratione nonnulli magni viri vel de
 crisis in nostris regionibus dubitare, vel eas non tam accu-
 ratas esse quam in Græcia, pronunciare ausi fuerunt, inter
 quos etiam nominandus est *Casparus Hoffmannus* qui in *Insit.*
 med pag. 620. crises epud nos esse rarissimas existimat. Neque
Baglivius in *Praxi med. diffitetur* in Græcia, ubi purior aer re-
 gulares talis modi criticos motus plus habere locum quam in
 Italia. Verum enim verò docet assidua & sedula observatio
 utique iam in nostris regionibus eas dari, sed profectio attendi
 differentia inter anni tempora, inter regiones, vietum, natu-
 ras ægrotantium & inter ipsam tractationem ægrotorum à
 Medico, ut pote hæc omnia mirum quantum limitant & mo-
 difi-

dificant ordinarios naturæ in morbis motus. Quapropter etiam Galenus optime monet in lib. de diebus decret: quod diem criseos cognituro agnoscenda sit ætas, natura, anni tempus, locus & pulsuum cognitione vid, lib. 1. cap.

§. XVIII.

Consentiantur in eo ferme omnes Medicorum sanores, quod præpostera medendi methodo vel errore comisso in dicta crises vel anticipari vel postponi vel imminui queant, ita præclare differit Sennertus de diebus crisiis in Institut. lib. iii. part. iii. cap. 2. Si æger aliquem notatu dignum errorem commiserit, non levis est suspicio, eam crisi, quæ bono critico die e. g. septimo futura erat, vel anticipato tempore citius vel motu retardato tardius ut sexto vel octavo die eventuram. Clarius vero id exprimit Prosper Marianus comment. in lib. ii. de morbis Secl. ii. pag. 174. Continuo, inquit, medicamentorum refrigerantium usu (propter febrim) incrassatis humoribus corporibusque densatis spontaneæ evacuationes sëpe prohibentur, ut hæc non sit levis causa, cur nostris temporibus tam raro fiant crises, quæ frequentissimæ erant antiquis. Præclara vero sunt quaæ hac de re scribit Cl. Baglivi in prax. med. p. 254. Mirari desinat practici, si hodie nec frequentes nec perfecte succedant crises ut olim in Græcia; siquidem illi græcarum legum vel ignari vel obtrectatores, à principio morbi ad declinationem usque purgantibus, diaphoreticis, phlebotomiis, spirituosis, aliisque imprudenter & intempestive exhibitis medicamentis fere conficiunt ægrotantem; ideo impossibile est, ut humores per tam diversas remediorum seditiones distracti ad criticæ despumationis negotium statu tempore disponantur; sed assiduis confusionibus agitati, loco criseos perfectæ in metastases præternaturales desinant, atque hac de causa, nec criseos, nec dierum criticorum, nec aliorum demum naturæ motuum regulas ab Antiquis traditas in febribus observabimus. Quapropter idem Nobiliss. Autor non sine experientia scribit: In rusticis & qui me-

medicorum opera non utuntur, manifesto documento hujusmodi crises sive despumationes peccantis materiae per sudorem, alvi fluxus, urinam aliasque naturae vias perfici & motu prorsus ordinato fieri. Cum itaque satis abundeque non modo autoritate probatissimorum in arte nostra virorum veterum & recentiorum, sed & experientia indubitata veritatis magistra, doctrina de crisiis & diebus criticis stabilita ac fundata sit, ut in superioribus copiose deduximus, reliquum jam est, ut horum in natura mirabilium effectuum causas perscrutemur. Evidem recte Galenus in lib. de iudic. fatetur desumptam hanc doctrinam tantum esse ex experientia non vero ex ratione, & captum nostrum etiam superare inquisitio accurata causarum hujus mirandae in natura operationis videtur, nihilominus sedulo allaborabimus repudiatis alienis opinionibus, ea quae vero proxima videntur aperte ratiociniis proponere ac explicare. Et ut exordium faciamus a veteribus, hi unanimiter sentiebant causam efficientem crisiis & dierum criticorum, esse naturam, quam principium omnium actionum in corpore credebat, quae singulari scientia agendi praedita certo tempore, ordine, gradu, proportione mediisque utatur pro diversitate cauæ morbifica, motusque convenientes cause & objecto instituat ad certum finem, nempe conservationem corporis, certo tempore, & certis mediis sive organis eos dirigat. Quapropter agens illud quod tanta prudenter corpus movet ac regit omnesque motus tam in statu fano quam morbo ad conservationem corporis justis ac convenientibus mediis perficit, ens esse reale, liberum, incorporeum, scientia agendi praeditum existimat, maxime vero ex ejus effectu nempe motu essentiam ejus incorpoream judicant, nam existimat motum in se & citra aetum in corpore, vel dum in corpore fit aut in corpus agit, non posse dici aut intelligi aliquid corporeum, sed ab essentia corporis sit separatum, & nunquam cum corpore ne-

cessario coëxistat & corpus sine illo subsistere possit, adeo-
que ad corporeitatis formam sicuti quantitas , magnitudo, si-
gura non faciat , hinc spirituale quid hujus motus causam
esse, præsertim ordinati & regularis in corpore , colligunt,
præsertim quoniam nec alterationes humorum materiales,
nec aeris varius status vel diæta vel medicamenta motus
naturæ ordinatos minimum alterare aut invertere possit ;
ex eo vero spiritualem ejus vim imprimis æstimant, quod
solis phantasmatibus & fictionibus mentis perversio ordinis
ac directionis horum motuum perfici possit. Hanc itaque
naturam credunt etiam temporis esse observantissimam i.e.
certo ac determinato tempore actiones suas instituere in-
formando . perficiendo, sanando, conservando homine causis
morborum corrigendis, expellendis, justo dum tempore
per congrua emunctoria præsenti materiæ quadrantis v.g.
humores viscidos & biliosos per alvum, tenues acres per
corporis habitum, salsos & serum superfluum per renes,
exundantem sanguinem per vasorum oscula, bilem volati-
lem, acrem per vomitum expurgat. De hinc naturam hanc
liberlime in perficiendis notabilioribus & solemniорibus
effectibus semper feligere septenarium numerum dierum,
mensium , annorum , adfirmant. Hæc sententia
veterum fuit & quidem communissima ; sed revera hæc ni-
hil aliud insert quam quod mirabiles & ordinati illi effectus
habeant causam à qua illi proficiscantur similem, quænam
autem illa sit, cuius naturæ sit, an scientia & rerum noti-
tia sit instrœta, an vero citra notitiam & cognitionem hieffec-
tus ab ordine sive artificio & necessario ac physico cau-
sarum agentium nexu hæc profluant , de hoc merito est
quæstio.

§. XIX.

Nullum dubium est, ordinem in quibusunque rebus
observatum semper supponere causam ipso ordine priorem,
hujus nempe ordinis autorem, uti v. g. horologii causa est
arti-

artifex, illud vero urgendum est, num effectus ordinati proxime dependeant ab ipso ordine sive mechanismo in natura posito an à causa prima sive ordinis autore, scien-
tia & notitia imbuto proxime sint derivandi? exemplo ma-
nifestu est horologium, ubi quod index accurate monstrat
horas, non proxime deduci debet ab artifice sed ab ordine
& artificio, quod causa proxima & immediata hujus effec-
tus est. Ita etiam id applicare licet ad corpus nostrum, in
quo ordinatissimos effectus videmus in nutritione, augmen-
to, perfectione corporis in excretionibus, motu sanguinis,
morborum curatione, hinc merito quæstio est, an hi à Deo
ordinis primo & perfectissimo autore sive à causa subalter-
na anima, an vero potius ex ordine structura & mechani-
smo corporis proxime sint deducendi. Nos ea sumus in-
sententia si in rebus physicis & medicis effectus proxime
possunt demonstrari ex causis corporeis, mechanicis, in sen-
sum incurribus, non opus esse refugere ad causas primo
primas obscuras & plane incognitas, spiritum, animam, vel ad
eorum sympathiam antipathiam, terrorem, furorem, errores
sive ad morales intentiones ac directiones. Deinde sen-
timus, quāvis omnes effectus, qui fiunt in natura, à priori
& ad sensum & captum hominis clarissime ostendi neque-
ant, quomodo nempe fiant mechanice ob humani intelle-
ctus circumscriptos limites, ex eo tamen minime sequitur,
non fieri eos à mechanica sed à spirituali causa. Urgemus
hoc maxime & instantissime, ut medicus & physicus causas
semper proximas & physicas scrutetur, nam hæ scientiam
pariunt & demonstrationem, non vero configiendum est,
ad spirituales metaphysicas incognitas planeque inutiles.

§. XX.

Evidem nemo sane mentis negare poterit in corpore
nostro artificiosissime constructo inhabitare etiam principium,
cujus natura & operatio plane separata est à motu & a cor-
pore, uti est perceptio, cogitatio, directio motuum, voluntas,

D 2

quæ

quæ subsistere possunt sine corpore & cum ejus motu non
habent convenientiam; Constanter vero negamus & per-
negamus motum sive potius principium à quo motus sive
localis, sive intestinus in corporibus sit, & dependet, non
spectare ad essentiam corporis, siquidem non potest cor-
pus seu creaturæ sine operatione & operationis principio
concipi, nam creatura pure passiva, quæ non principio a-
gendi instruta est, non ens reale physicum sed rationis est.
Nunquam itaque corpus subsistit & existit nec concepi pot-
est, sine principio motus interno innato, quod causa est
virium & potentiarum motricium quas exercet in alia cor-
pora. Ubiunque igitur corpus est, seu substantia exten-
sa, ibi præsens est motus, nifus, pressio, actio unius corporis
in alterum, & ubi machina sive corpus organicum, ibi mo-
tus ad certum scopum ordinatus est. Nostrum corpus
machina est artificissima, quæ ex decenti & concinna-
partium impetum facientium, fluidarum, solidarum disposi-
tione, structura, conneccione, proportione, motu ordinatissi-
mas actiones edit, id quod in conservatione corporis per
digestiones mixtiones secretiones excretiones motus pro-
gressivos intestinos nutritionemque abunde conspicitur.
Hos vero motus non immediate anima in fibris motricibus
perficit, sed hæc tantummodo certas motuum species in organis
percipit, intelligit, distinguit, comparat, inque voluntati
subjectis partibus motibus imperat. Maxime omnium vero
notabile est, magnum illud commercium, quod Summum
Numen constituit in homine interanimam & motus corpo-
ris, utpote illa non quidem motus præstat immediate in cor-
pore, modicare tamen eos & turbare idonea existit,
Luculentum exemplum præbent animi affectus & gravida-
rum phantasmatæ, quæ quantam potentiam in sanguinis &
humorum motum habeant, notissimum est. Contra
etiam, motus fluidorum operationes animæ videlicet mo-
res, passiones, inclinationes mirifice disponunt, sicuti id
ex diversu temperamentorum, ætatum populorum, vietus
na-

natura clarissime demonstrari potest. Eapropter nec dubitare oportet, motus in corpore longe distinctos esse ab actionibus animæ & sanguinem & fluida non se habere passive ita ut ab anima regantur, sed potius hæc fluida actione m. exserunt in animam. Et ut in pauca rem omnem conferamus, quid clarius & manifestius? quam quod ab aëre, potu, viuī morbi fiant, vita conservetur, destruatur, sanitasque restituatur. Quid certius quam quod structura partium solidarum in æstatibꝫ temperamentis, dispositione hæreditaria differens ad hos vel illos morbos disponat, cum tamen hæc omnia nullum respectum vel communionem cum anima habeant. Quare ut hæc se habeant active necesse est.

§. XXI.

Cæterum quod in quibusdam actibus & quidem præcipuis solemnioribusque justum tempus observetur, hoc in primis mechanismi presentiam & necessitatem arguit, nam ordo ibi exquisitus & accuratus in actionibus visitur, ubi mechanismus fundamentum est. In macrocosmo id videmus ubi notabiles sunt reciprocationes mari, stativenti & pluvia quibusdam in locis, temporum & tempestatum revolutiones, plantarum progerminatio fecundatio, fructificatio, quæ univera certo tempore fiunt, certumque tempus requirunt. Elegit vero mechanismi universi in natura sapientissimus Autor liberrime, præsertim in microcosmo, septenarium numerum, in quo, multi solennes & mirandi effectus producuntur quam rem fusius tractavit D. Præses in *Diss. de ann. climat.*

§. XXII.

Appellavit veneranda antiquitas hunc numerum perfectum, plenum, sacrum, masculum ob magnos effectus qui in illo fiunt, id quod satis infinitam artificis sapientiam in natura microcosmica nostra positam prædicat. Non vero existimandum est, in ipso numero hanc hætere potentiam, quod nonnullis veterum placuit, sed ita res concipienda est: ad certos effectus producendos in rebus corporeis requiritur

non modo certa & specifica proportio causæ agentis sive actionum. Jam vero omnes actiones physicae nisi motus sunt, ideoque certa proportio, certus numerus motuum ad certum effectum necessarius est. Iam vero mensura & numerus motuum constituit tempus, & tempus nihil aliud est, nisi certus motuum numerus, hinc certæ actiones certum requirunt tempus. Et ut hoc ad nostrum institutum accommodemus v.g. ut in inflammationibus certa portio sanguinis stagnantis in vasis dissolvatur, eluat, certa potentia & numerus motuum necessarius est, quibus sanguis ex corde & arteriis ad partem affectam impulsus eam ab obstructione liberet. Sic autem Deus nostram effinxit machinam, ut ad conficiendū hoc negotium septem dies, & in hisce qui sunt sanguinis circuitus impendantur, hinc virimo die acutæ & inflammatoriae febres ordinario solvuntur. Variolarum, morbillorum, petechiarum, purpurae materiam esse acrem causticam tot molestæ irritations in genere nervoso & membranoso factæ satis superque declarant, haec vero ut contemperetur mixtione aliarum partium ex sanguine & sic ad secretionem & excretionem ad habitum corporis idonea reddatur, certum tempus requiritur, quod trium & quatuor dierum spatio absolvitur. Quo elapo mox peccans materia interna deserit, & ad exteriora progrereditur. Miasma in peste & contagiosis febris summa & penetransissimæ putredinis materia est, haec sanguini commixta vel similem in totum introducit motum putredinosum, & sic lethaliter destruit mixtionem corpoream, vel ipsa correcta e corpore eliminanda est, quod quidem ut fiat, justum tempus requiritur, sive sufficiens motus ad corrigendam & evacuandam nocentissimam materiam: Eodem modo, quando ex stagnantis humoris putredine in viscere febris oritur, similiter necessarius est certus appositi sanguinis putredinem eluens & abstergens motus, qui perfcii debet certis numero pulsationibus cordis & arteriarum, quales nempe & quot sunt i. ximo l. ximo die. Plures ardentes & intermittentes febres

NON

ex

ex bile acri caustica oriuntur, ad quam temperandam, corrigendam & ut veteres loquebantur, ad ejus coctionem & maturationem, idem tempus requiritur. Hanc legem, ut Plinius inquit in *H.N.I.* morbis posuit Deus ut quaternario & septenario numero finiantur.

§. XXIII.

Quod vero hoc definito tempore facta morbi solutio non ab anima seu natura tanquam principio incorporeo intelligente sed à mechanismo proveniat vel exinde colligere est, quod crises tales vel antecedent vel postponant, irregulares fiant, si victrix aer peccat, si perversa medicina morbus tractetur, si causa morbi insolentior & insueta est. Quapropter etiam variunt pro diversitate annorum, temperatum, regionum subjectorum. *Riverius in Inst.* scribit, motum & dispositionem in causa esse, ut crisis nunc citius nunc tardius, nunc diebus intercalaribus accidat, prout humorum benignorum vel malignorum celerior vel tardior est costio. Quapropter si causa morbi non adeo maligna est, si motus ordinii non turbantur, aut perversa diæta vel medicina sinistra pervertuntur, si corpora bona perspirabilia, non adeo impura, est aer purus, serenus, elasticus, tunc crises justo tempore & ordine procedunt.

§. XXIV.

Questio jam non sine ratione nascitur, cur crises plenæ & perfectæ fiant maxime diebus criticis, & quod crises bona sint, quæ cum remissione symptomatum & evacuationibus fiant. Nam ut *Galenus* habet; nulla crisis bona fit, nisi effatu digna evacuatio praecesserit. Explicant nempe id hoc modo, naturam septenarii numeri observantissimam ex tempore infurgere omnibus viribus contra morbi causam, quam emollire & foras pellere studet, quoniam corporis nostri conservatio & duratio per excretorios actus maxime sustinetur & sic à putredine seu morte defenditur. Ad quæ reponimus, animam quidem cognitione praeditam esse: sed non

non naturam, quae medetur morbis & nullius rei conscientia ex necessitate tantum agenda agit, hinc etiam ea nec causam, morbi intelligit nec ob id certamen, luctam aut febrem instituit; sed haec omnia pendent ex pura mechanica ratione, dum solae causae externae e. g. balnea, poros claudentia, liquores heterogenei infusi invenas distensione & punctione membranarum febribus spasmos excitare possunt. Deinceps non negandum est, quando vita sumitur pro integritate structuræ aut mixtionis corporeæ, excretionis superfluorum hanc conservari. Quoniam vero vita non tam conservatio corporeæ mixtionis est, quæ potius vita effectus, ipsa vero vita magis actum significat, i. e. sanguinis & fluidorum circularem motum, qui etiam vinculum est proximum corporis cum anima, non vero integritas mixtionis. Nec non omnium actionum in corporibus animantium fons est, etiam ipsarum excretionis, quæ servant mixtionem integrum & structuram; facile patet, nō excretiones tantum attendendas esse vitæ sustinenda causas, neq; ex suppressis excretionibus tantum nasci morbos & iis restitutis eos sanari. Equisd enim manifestius est, quam sanguinis effusione nec non per polypos, ligaturas, coagulationes, sanguinei circuli interceptione vel motuum per venena turbatione, salva manente textura ac mixtione partium, vitam auferri? Quapropter non omnes quæ morbum pariunt causæ ita comparatae sunt, ut tantum putredinem indicent & excerni debeat vel possint, sed tæpissime qualitas exiguae materiæ nocentissima, quæ correctionem & præparationem ad excretionem indicat, vita maximæ infidias fruunt, sepe etiam non tam expellenda quam resolvenda materia peccans est. Et sane magni erroris non prudentiæ coargui possit natura, quod in febris tam vehementes motus faciat resolutionis & excretionis ergo, cum notum sit, excretionem secretionemque non melius & feliciter succedere quam si non nimii & effrænes sed moderatores paulo sint fluidorum motus. Sententia itaque nostra est,

ex-

excretiones quæ sunt diebus criticis & solvuntur, non cattam esse soluti quam potius signum vieti jam morbi irregularibus & spasticis motibus, jam liberior ad emunctoria corporis sanguinis & humorum etiam impuritate quæ in morbo dignitur, non carentium appulsus, & secretio expeditior fit. Nam si copiosissimæ etiam excretiones sunt extra criticos dies & in ipsis sine dolorum levamento & virium augmentatione, nullius sunt efficacitæ, adeo ut etiam cum largis excretionibus mors interdum eveniat, manifesto documento, non excretionem esse, quæ morbum levat. Quapropter omnes evacuationes, quæ non sunt in & cum morbi decremento symptomaticæ vocitantur, criticæ vero, quæ ex virium augmentatione & naturæ robore & vigore oriuntur.

§. XXV.

Excretiones per urinam copiosæ, nec non urinæ tenues aquosæ, sudores quoque largi sine alleviatione symptomata & experientia id monstrante, nam testantur non subactam esse materiam morbi, alias quiescent symptomata, sed mixturam sanguinis ejusque vinculum cum sero destrui, fluidas & aquosas partes separari a crassioribus, unde etiam copiosæ tenues urinæ probe id advertente olim Hippocrate delirium praesagiant, sanguis enim crassior factus, subtraicto sero & praesagium sub impulsu arteriarum langvidiori facilime in membrum valculis stagnat & phrenitidem parit. Quandocunq; ordinatum tempus postulat, mox primis diebus erumpunt, non faustum omen est, siquidem materiam peccantem copiosa & non bene coctam & temperatam denotat.

§. XXVI.

Docent jam adducta haec tenus, excretiones in diebus criticis non esse causas solutionis morbi sed potius effectus super-

peratæ jam cause morbificæ. Habemus manifestum exemplum in paroxysmis intermittentium ubi sudores, qui in paroxysmis fiunt, nihil juvant. Quandocunque vero in declinatione contingunt, utilitatem præstant, non quod materiam formalem febris ejicient sed quod testentur de motibus irregularibus & spasmis febrilibus jam cestantibus. Nihilominus & multas excrementias fordes, quæ in ipso morbo prognatae fuerunt, secum evehunt. Quin imo observamus in omni graviori dolore sudorem non prolixi simulac vero ille libere fluit, indicium sublati doloris est, toni fibrarum relaxati & circuli sanguinis liberioris redditi.

§. XXVII.


Ex jam dictis & expositis clare appareat utique observationem criseos, criticorumque dierum fundamentum in natura habere & usum in praxi medica, sicut enim nihil sit & producitur sine tempore, sed omnis effectus certo tempore eget, ita ut causa morbifica corrigatur, & ad evacuationem præparetur, certum tempus requiritur. Nam sicut ad generationem causæ morbificæ definitum tempus necessarium est, ita ejus correctio & propulsio è corpore similiter certo temporis spatio conficitur. Contingunt vero hæ alterationes, correctiones, immutationes materiae morbificæ 7mo semi septimo, xi, xivto secundum naturæ ordinarium cursum die. Quicunque itaque medicus contra hunc ordinem agit, i. e. quicunque tempus, quod natura requirit, ad morbi materiam subigendam cum impetu & vi agit & expugnare morbum vult, ille vehementer præpostere & temere agit & errat. 2. quando, materia coquenda & temperanda est & expulsionem moluntur, eumque in finem volatilibus sudoriferis V. S. mediciuntur, hi contra naturæ legem peccant, & non leve damnum inferunt. Naturæ enim lex etiam medico lex est. 3. In diebus criticis & circa hos præstat a fortiter evacuantibus abstinere ne forsan in alia inconvenientia loca à congruis emanationis excernendi humores deriventur. 4) Si natura in expul-

pulsione imbecillis est, prudenter juvanda est, nam evacuationes si fiunt à robore naturæ & jam vieto morbo, utiles sunt, dum corpus à multis excretionibus noxiis, qnæ ipso tempore febrili progenerata fuerunt tam in vasis quam intestinorum tubulis liberant, alioquin non bene succedentes hæc evacuationes recidivas facile inducunt. 5. Evacuantia & moventia juxta Hipp. canonem *St. I. aph. 25.* mox in principio febris obtinent locum si materia turget i. e. si sanguis copiosus & vasa primæque viæ impuris folidibus scatent. Tales depletiones naturæ mirifice succurrunt & impedimenta curæ fomentaque mali tollunt. 6. Quando vero medicus prudens ob materiæ malignitatem, motus naturæ irregulares periculosas metastases observat, tunc nullo temporis respectu habitu sanguinem resolvere ad alia loca derivare ejusq; stagnationem impedire per providâ laxationem, venæ sectionem, diaphoresin, externa discutientia, quandoque per sectionem sub lingua, vel narium scarificationem debet, nam hic crisi exspectare cum mortem signa certissima significant, vesanîæ esset, vnde sèpius vidimus alvum stimulantia innoxia & ut salina nitrofa cum auro fulminante mixta cum circumspectione data inexpectatos tali in casu austissimos successus edere.

Sed hæc de crisi bus adduxisse sufficerit.



2
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000



halle, diss., 1706 (A(k))



Sb.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
0
Inches
Centimetres

DISSE^TRAT^O MEDICA SOLENNIS
**CRISIUM NATU-
RAM ET EXPLICATIO-
NEM RATIONALEM
SISTENS,**

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBURGICO,
SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI HOFFMANNI,
POTENTISSIMI REGIS BORUSS. CONSILIARII
ARCHIATRI ET PROFESSORIS P. O.
h. t. DECANI,

PATRONI AC PRÆCEPTORIS SVI AETERNV M DEVENERANDI
PRO GRADU DOCTORALI

Die Januar. A. MDC CVI.
publico Eruditoram examini submitit

JOHANNES PETRUS ARTOPOEUS,
ANCHOR. MOSELL.

HALÆ MAGDEB. Literis Chr. Henckelii, Acad. Typogr.

